

Sigismundus primus rex Poloniae,
Bretislao Szwechowski magistro curiae
domini Ludovici regis Hungariae.

94

Magnifica sincere nobis dilecte. Reddite sunt
nobis literae sinceritatis tuae, quibus nos de
multis ac variis rebus cognita necessarius
fuit certiores, simul etiam de conatibus ma-
gistri Prussia, et de eius ad illustrem domi-
num archiducem Austriae profectio, et quid
cum amicis suis contra nos moleretur, fi-
deliter et copiose nobis significavit. Sciat
sinceritas tua se nobis rem gratissimam
fecisse, exenieturque si se occasio obtulerit
hoc suum in nos officium non inutili-
liter collocasse. Nos tametsi nemini nos
bis insidiandi causam prebeamus, tamen
si qui sunt qui nobis insidias struunt, da-
bimus operam Deo auspice, ut illorum
erga nos nefarios conatus quam cautissimè
vitemus. Illud optamus à sinceritate
tua, ut cum ad illustrissimum dominum
archiducem Austriae pervenit, et mentio ali-
cuius negotii nostri illic incidit, pro
illa ipsa iam pridem nobis cognita in nos
fide, curet, ut omnia nostra cum digni-
tate transigantur. Nos vicissim tua sincer-
itatis erga nos merita, volumus omni
officio et favore nostro regio semper re-
ferre

referre. Datum Vilnae, anno Domini mil-
lesimo quingentesimo vigesimo secundo.

1521 Anno Domini